

» addatur in eorum Capitulari, quod teneantur omnino observare
 » et facere observari omnia predicta, ac etiam exigendo sine ullo
 » defectu penam mille ducatorum a Consiliariis Venetiarum et
 » Capitibus de Quadraginta, qui erunt negligentes ad observari
 » faciendum predicta, habendo Partem, ut aliis sui officii, et nihil
 » lominus licet Consiliarii, Capita de Quadraginta, vel aliquis eo-
 » rum caderent et solverent penam, tamen ipsi Consiliarii et Capita
 » de Quadraginta sint astriicti et teneantur omnino usque ad octo
 » dies tunc proximos facere vocari Consilia predicta pro quolibet
 » eorum et sic de octo in octo diebus sub pena predicta, ita quod
 » omnino adimpleantur que superius dicta sunt; et ista pena sit
 » stricta et ligata in omnibus et per omnia, ut de aliis penis, liga-
 » minibus et stricturis ut superius per ordinem est dictum.

» Nicolaus Balastro Consiliarius, et Donatus

» Barbaro Caput de Quadraginta,

» Volunt partem predictam per totum cum ista modificatione,
 » quod ubi dicitur, quod facta pace, fiant triginta de majori Con-
 » silio, volunt, quod fiant viginti cum omnibus solemnitatibus con-
 » tentis in parte predicta; verum, ut quilibet possit sperare pro
 » tempore futuro de tanto beneficio et habeant causam ponendi
 » corpus et vitam ad honorem et statum sitius benedicti Dominii in
 » temporis futuris.

» Ordinetur, quod ultra viginti predictos usque ad vigintiquin-
 » que alios fiat omni anno unus de nostro majori Consilio per mo-
 » dum et cum solemnitatibus contentis in dicta Parte, et fiant dicti
 » viginti in duabus vicibus in uno solo Consilio videlicet decem
 » pro vice.

De ista 4.

Non sincere . . . 4.

Alii de non.